

August Varenius

**Augustus Varenius, h. t. Collegii Theolog. Decanus, & Univers. Rostoch. Rector  
Ad Exequias Viro ... Dn. Michaeli Laurentz/ Senatori & Camerario Reip. Rostoch.  
gravissimo, a moestissima Vidua & liberis solenni ceremonia in templo Jacobaeo  
ad med. 2. postmerid. parandas Omnim Ordinum Cives Academiae ... invitat**

[Rostock]: [Richel], [1665]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777383268>

Druck    Freier  Zugang



Varenius, A.

in

M. Laurentz.

Rostock, 1665.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777383268/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777383268/phys_0002)

DFG





AUGUSTUS VARENIUS,  
h. t. Collegii Theolog. Decanus, & Univers. Rostoch.

RECTOR

Ad

Exeqvias

Viro Amplissimo, & Prudentissimo

D<sub>N</sub>. MICHAELI  
Laurenti,

Senatori & Camerario Reip. Rostoch.  
gravissimo,

â mœstissimâ Viduâ & liberis solenni ceremoniâ  
in templo Jacobæo ad med. 2. postmerid.  
parandas

O<sub>R</sub>DNATIONES HABENTIAE  
ORDINUM CIVES ACA-  
officiose invitat.



\* \* \* \*

EPISTOLA in quo D. Ambrosius Acholium mortuum  
prosecutus est:

Abiit, non obiit: sed emigravit à nobis veteranus Christi  
Jesu: cœlo terræ solum mutans & plaudens alis, at-  
que remigiis spiritualibus dicit: ECCE ELONGAVI  
FUGIENS.

F

Summi

**S**ummi olim apud Abderitanos nominis fuit DE-MOCRITUS ad cuius, qvia tunc nimis Philosophus speculabatur, ægrotantis solum simulacrum sic perturbata Civitas Abderitarum, ut Amelesagoram Civium suorum primarium Co ad Hippocratem Medicorum Principem, pro curando Democrito futurum Oratorem, cum Epistolâ Senatus populiq; Abderitani nomine inscriptâ, ablegaverint, ipsumq; Hippocratem non tam ad unius Democriti, qvam totius Abderæ in uno Democrito ægrotantis curaturam blandissimis vocabulorum philtris, amplissimisq; stipendiis oblatis, et si à tanto Medico repudiatis, evocarint. Testes illæ, qvibus excivit Hippocratem, breves eloquio Grajorumq; ore rotundo, magna ingenio, potentes affectu Abderæ ad Hippocratem voces: Ιδι θεραπεύσων, ἀνδρῶν φελετεῖν αὐτρα ἀελιμον, i. e. Adsis Vir optime, curaturus Virum Eximum! & iterum: Ιδι πανίστια ράστης Φέρων ἄκη, i. e. Adesto Paonia recum morbi remedia afferens! Et Illud: Ιδι σοι ταργες. αὐτὰ κτίσης εών ολυμπίων ιωνίης. Πόλιν τὸν αὐτρα θεραπεύσεις, i. e. Veni non tanquam Medicus: sed totius Jonie fundasor! Μια πολέων τούτης ασηματική, μαλλον δὲ Ελλας ολη διταισις. Αὐτὴν παιδεία πεσεβούσα πολεις ζει, i. e. Una Civitas nou incelebris, imò tota Gracia, doctrina ipsa obtestatur, ut venias. Solenne tunc COI festum vel panegyrin anniversariam cœlebrabant, cui pompa cupressi, & in illam sacri chori nomen dederant; η αὐτάληψις τὸ πάθος, i. e. assumptio Virge, qvando venientem totumq; ex festinatione anhelantem Legatum Abderitanum agnosvit & admiratus est Hippocrates, magis etiam raptus in admirationem, simul legit Abderitanorum epistolam, Miratus, inquit, quod de unius hominis salute, non secus ac si unus esset in Civitate conturbati adeò fuerint. Et thesauros qvidem Abderitanos adeò libera-liter oblatos deprecatus æqvè est, ac Gazam Persarum s. abs horum Monarchis oblatas talenta, urbes, regiones, ratus εἰλιθίης πέχυσε εἰλιθίης πέχυσε i. e. Turpe esse amicos mercede curare, detestatus, qvæ nunc seculum est, την αὐτογένεν φιλαρεζειλων i. e. intollerabilem argentii cupiditatem, qua cum longè maximus morbus sit & affligat, optat, ut ad

ad illam *χαλεπήν τέλος μηνίος νόσου*. Ipsi morbo insanie graviorem morbum curandum, omnes quotquot ubique terrarum sunt Medici, concurrent, Præsentiam nihilominus promisit, promissamque præsticit. Σπέλωδω Δημόκριτον vocem inspicere i. e. Festino, inquit, Democritum agerantem sanare. Sed nihil nunc nobis cum Democrito vel admirabili ipsique Hippocrati impenetrabili Democriti morbo. Solam nunc sententiam nostram facimus quam occasione studii illius in Democritum incomparabilis Abderitani, ipsa Hippocrati veritas expressit: Illi, inquit, *de*num populi sunt beati, qui Viros bonos sua esse propugnacula intelligunt, nec tam turres, tam mœnia estimant, quam prudentium Virorum prudentia consilia. Vid. Epist. Hippocr. ad S. P. Abderitanum. Qvo magis autem dum virtutem in columem odimus, sublatam ex oculis querimus invidi, judicium illud seqvitur, quam concomitatur Viros intelligentes, tantò magis in ipso funere præsenti, qvo Virum olim Amplissimum & Prudentissimum, DN. MICHAELM Laurentz/ Senatorem Reip. oppidanæ Rostoch. primarium, & Camerarium spectatissimum, Virum posthumâ recordatione pulcherrimâ dignissimum, Amicum nostrum desideratissimum, nunc mente beatâ cœlo receptum, solo exanimi corpore vanoque habendi simulacro nostrum, efferimus, patrio conditorio illaturi, recordamur illius axiomatis Hippocratici, qvo nullus unquam Sapientium prudentius quid est elocutus, & majorem hunc casum estimamus, quam vel quæ celsa graviore casu decidunt, turrium, vel mœniorum: qvin in hoc ipso funere validissimi propugnaculi casum & agnoscimus seriò & plangimus. Sed ab ingentis casus consideratione ad honorarium tumulum, quem meretur in sepulta Viri virtus, animus revocandus. Dandum qvippe illud exeqviis præstantium Virorum, ut quemadmodum virtutibus à fæce Romuli, & classe illâ quam Philosophus vocat, τῶν πολεῶν s. vulgi (qui sint βοσκημάτων βίοι τοιαύτην, vereque ἀνθρώπων i. e. non homines, sed mancipia, imo bruta) ipsoque tumuli honore à promiscuâ sepulturâ discernuntur, ita in traditione supremâ peculiarem habeant propriamque memoriam. Atque ut ab ipso natali limine præsens nostra procedat postuma recordatio, natus noster ὡς Μακραιτης Anno clo Ixevii. d. 22. Aprilis horâ 4. ve-

spertina Patre Viro integerimo, Cive & Zythopeo (quod in merci-  
moniis quæ ex hac maritimâ & petvetustâ Anseaticâ efferuntur,  
primarium quondam nomen fuit) Præstantissimo MICHAEL  
Laurenz / Matre Fœminâ Ornatisimâ TILSA Schmiedes / sta-  
timque in ipso Baptismi Sacramento renatus, ut adeò idem dies à  
quo Nostro jucundum mortalis vita lumen profluxit, cœlestis si-  
mul vita melioris lumen accenderit. Atque hunc in primis cœle-  
stem natalem, per quem sibi patefacta porta cœli, datusq; aditus ad  
novi pacti mediatorem Jesum & sanguinem aspersione, poriora loquen-  
tem, quam Abeli sanguis, per quem accessit ad civitatem Dei vivi, ad Jeru-  
salem cœlestem ad myriadas Angelorum, ad panegyris primogenitorum, in  
cœlis conscriptorum (Hebr. xii, 22. 23. 24.) æstimare, in illâ libri vi-  
tae inscriptione mirificè se effere imò triumphare, in hoc nobilitatis  
pariter & generositatis decus quererere, & hoc regenerationis la-  
vacro novus censeri, et si non novus homo, voluit, unde in Com-  
mentariis, quos ipse suâ manu designavit, origines, & superiorum  
Atavorum, imò & Avorum nomina, quia non ignota in hac civitate  
sunt originis, destinato consilio scribere destitit, non quod recorda-  
tionem non mererentur, nec quod illacrymabili longaq; nocte  
ignoti urgerentur: sed quod totum illud inane nomen sit, & si ad  
claritudinem referatur, alienum, imò quod ad antiquitatem pro-  
sapiæ suæ asserendam (prout scitè acutèq; Beatus noster Iusit) latis  
esse duxerit, se cum nobilissimis, & antiquâ prosapiâ gloriose, si  
recurratur ad vetera, ad eandem originem ADAMUM sc. & He-  
vam, eandemq; nascendi conditionem ascendere, & inde esse ante  
quod nihil fuit. Ratus quippe noster, quod res ipsa est, nullum  
nobilem non ex servis, neminem non servum ex nobilibus, qua  
omnia miscuit longa varietas, & sursum deorsum fortuna versavit, dum  
prout eleganter Seneca, à primo mundi ortu usq; in hoc tempus per-  
duxit nos ex splendidis fôrdidisq; alternata series, quo nomine pulchre  
Boëthius:

Quid genus & proavos strepitis?

Si primordia vestra

Auctoremq; Deum species

Nullus

Nullus degener extat  
Ni vitiis pejora fovens  
Proprium desent ortum.

Maluit propriâ industria crescere, qvâm stemmatis laude insolescere. Maluit ipse virtuti pondus examinandum relinqvere, & quantum subire animo sustinuerit, tantum secum auferre: ac hos in primis majores agnoscere, qvorum virtutes sibi daretur vel exæqvare, vel, adumbrare. Juvat videre, qvomodo ab illo fonte, ex qvo processit infans cœli Candidatus, amplissimum LXIX. annorum (tantum enim Senatori Beato concessit providentia) curriculum nostro exactum, qvod qvidem jam inde à prætextâ positâ (cum pueritiam post erectos præmaturo nimis funere Parentes, sub Tutorum moderamine in Scholâ patriâ ipsisq; præter primarium Pietatis studium Latinæ Linguae Tyrocinii, & deinceps Hamburgi per biennium in ministeriis Viri Amplissimi, Nobilissimi DN. D. JOHANNIS Westhoffen/ sic satis feliciter & fideliter absolvisset) s. anno cl̄ Iocxii. Amphitheatum nobis, & in hoc tripli-cem qvâsi scenam multarum personarum in una beati nostri personâ sub vario schemate repræsentat, sc. in 1. Juvenem peregrino cœlo gaudentem studioq; & exercitio togato pariter ac sagato CHIRUR-GUM: in 2. Civem Rostoch. Primarium, Zythopœum, ac Negotiatorem florentissimum, Sponsum, Maritum, Genitorem floridissimum: in 3. Senatorem & Camerarium hujus Reipubl. oppidanæ amplissimum, in qvo fastigio dum stetit, exactâ Scena vitæ mortalis cōtinam beatâ morte, qvâ nihil beatius est, clausit, & nobis illud: PLAUDITE! acclamavit. Præclarissima sane Chirurgiæ ars, & qvâ nulla similior Gubernatoria, ut in Beato nostro Juvene in primâ Scenâ ab Anno cl̄ Ioc xii. ad annum cl̄ Ioc xx. post Tyrocinia, judiciumq; CHIRURGORUM Hamburgenium Collegii impetratum, Juvene Chirugo prælusisse videatur fatum futuræ, cui destinatur, in hac curiâ Gubernatoria. Ut n. is leni manu prudenterq; tractat, & obligat vulnera, non urit facile, non secat, vel truncat artus, nisi ubi toti corpori in parte sincerâ periculum, qvin ubi maricas vel polypum excidit, summâ id cautione curaç perficit: sic in primis interest ad Gubernatorem, ut vulnera Reipubl. lente,

F 3

leniter

leniter, & prudenter curet, nec actioni sectionive manum admoveat, nisi ubi perseveris remediis uti extrema necessitas jubeat. Graviter, suo more, Pindarus Od. 4. in Pythiis Chirurgo Gubernatorem comparat.

Χεὶς ιατρικὴν Χεῖρα πεσε  
Βάλλοντες τεώμαν εἶπε Θεός αἱρεφιηλεῖν  
ῥάδιον μήδε πόλιν θῆ-  
σαν οὐκ Φωευτίζοις. ἀλλ' ἔπειχώ-  
ρεις αὐτὸς ἔσται, δυσπαλές  
δῆ γίνεται ἐξαπίνατος  
εἰ μὴ θεὸς ἀγενός οὐτε κυβερνῶντα.

i. e. Decet Gubernatorem (ad instar Chirurgi) manum mollem admoveare, & sic os vulneris undiquaque tractare. Facile enim est urbem perturbare, etiam ignorans s. imbecillioribus; verum in sedem suam iterum reponere Rempublicam turbatam difficile sane est repente, nisi Deus ipse Principibus Gubernator fuerit. Nec negare licet, quæ in Medicorum laudem amplissimè scripta reperiuntur apud Veteres, magnâ parte Chirurgis convenire, quale in Iliade, in quo exultat universus Medicorum Chorus.

Ιητέος ωδὴ ἀνὴρ πολλῶν ἀντεῖχε Θεός αἱλιαν  
i. e. Vir medicus multis aliis est anteponendus: qualem enim ibi Medicum intelligat, non dissimulat, dum addit, intelligere talem, qui possit sagittas excindere, & vulneri lenia pharmaca inspergere.

Ιητέος τὸ ἐκπίστευεν. Θεός τὸ ίπτα Φάρμακα πίστευεν.  
Et poterat hodie Chirurgis decus antiquum constare, si non turbatis ordinibus vel transcenderent fines ipsis Hippocraticis Choris, quibus se æquè ac Pharmaceutas ministrare tantum meminisse debabant, sese immiscendo, vel infra illos se demittendo in Balneariorum sèpè, impellente turpi lucro, castra transfugerent: sed medio tutissimi irent, tam memores suæ cognitionis cum Anatomicis, quam Pharmacopæiæ suæ cum Botanicis, unde & olim & nunc in ipsis scholis Regiis Chirurgiæ ac Botanicae Professores publicis stipendiis nutriuntur: sed nec immemores illius Poetæ:

Quis

*Quis rudit̄ herbarum medicā se jactet in arte*

*Tangat & indectā vulnem plena manu?*

Et jam capax peregrini cœli N O S T E R Michael erat, qui proinde non Agyrtam vel solum Barbitonsem: sed Chirurgum de more Majorum ostensurus, cum fervor qvidam nobilis usurpandi oculis longè discreta terrarum loca intus flamas suggereret, Anno cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c xiv. Borussos petiit, insessoq; per aliquot annos Regiomonte, Gedano, illis Borussæ oculis, lustratisq; cœteris, Marienburgo, Braunsbergo, Elbingâ, Thorunto, ivit in Polonus, vilaq; in primis Posenianâ & Gnæsnâ primariis illis Poloniae majoris emporiis, & inhabitatâ per annum Vratislaviâ Silesiæ, cum cupiditas illa peregrini cœli incendio acriori exæstuareret & increbesceret, peragrata Bohemia, Moravia, Austria, Pmgæ, Olmuzii, & in ipsâ Cæsaris novâ Româ s. Viennæ tenacior hospes substitut, ipsiq; Cæsaris Ferdinandi II. militiæ in bello Italico sub Chirurgi Castrensis titulo stipendioq; nomen dedit, quo non minus Presburgi deinceps munere functus. Sed nondum satis factum sitibundo peregrinationis pectori. Progressus igitur Arbonem, Comorrhamb, Strigonium, Budam, & qvod in adversâ illi tipâ objacet, Pestum, ulterioresq; Turcorū terras ingressus, cum non adeò hic constaret, qvod Michaelem nostrum afficeret, memor tandem patriæ, reflexo Posonium Hungaria & inde Viennam itinere, per Austria, Bavariam, Franconiam, Thuringiam, Misniam, Saxoniam superiorem, & terras Brandenburgicas, Brunsvicenses, Luneburgenses, Bremenses, Frisiæ, Holsatiæ contendit, & inæstimabili sibi cœli benignitate patriæ le tandem Anno cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup>c xviit, redonavit nullâ adeò lætitia, nulloq; plausu à suis initio exceptus, qvia per longum iter ignotus, etsi ex stigmate qvadam, qvod morbus olim impresserat, notior redditus, duplicitavit lætitiam ac plausum. Atque ita se habuit in Theatro nostri Michaelis scena prima. Succedit post biennium secunda Maritalis & Civilis. Duxit noster nunc beatus tune Sponsus anno seculi xx. fulgidissimam Virginem ANNAM, JOACHIMI KOCHII Civis apud nos olim primarii Filiam, & cum hæc Anno xxxi. morte placidâ festinasset portumq; in cœlis occupasset, raro cœli beneficio individuam vitæ toriq; sociam recepit, splendidissimam decoribus sui sexus Virginem JOHANNAM, Nobilissimi, Experientissimi JOHANNIS BACMEISTERI,

RI, Professoris Medici celeberrimi, Filiam, quam per 32. Annos solidos, & qvod jam inde ab 8. Maji qvi Anno xxxiii. nuptialis dies fuit, excedit, incomparabili amore dilectam nunc Turturem relinqvit mœstissimum. Quantum autem ex utroqve conjugio gaudii argumentum soboles pulcherrima dedit! Nata ex primis nuptiis ELISABETA, Henrico SCHULZIO, civi, ædisqve Jacobæ Præfecto olim copulata, qvæ pie defunctum nunc per patrem Filiarum ANNAM & ELISABETAM, AVUM, prout ANNA Jacobo Olvensstedt/ Civi & Negotiatori apud nos nupta, per pronepotem JACOBUM & proneptem ELISABETAM, Proavum fecit nostrum LAURENTIUM. Natus MICHAEL & HENRICUS. Sed qvos acerbo funere mersos abstulit atra dies. Nata ANNA, PETRI STAPPENBEKII, Philos. Magistri ædis Jacob. Præfecti & posthunc JACOBI ALWARTI Senatoris oppidani Coniux dilectissima, qvæ cum quater ex primo peperisset, ANNAM CATHARINAM, & PETERUM & qvos Cœlum simul ostendit, recepit, ARNOLDUM & MICHAELEM, ipsa seculi pertusa, secuta, qvos præmisserat Maritos, ivit cœlo, & æque ac ELISABETA antevortit Patris dilectissimi fata.

Natus MICHAEL, illo infante vivacior futurus, qvi, quanto natali posterior fuit, tanto majoris plausus Patri optimo materia extitit, dum MICHAELEM Eccl. hujus Diaconū legitime ordinatū vidiit & mysteria cœlorum de suggesto jam per aliquot annos: distribuentem, non sine interioris gaudii sensu saepius MICHAEL Pater audivit. Nati ex posterioribus nuptiis duo JOHANNES, unus CHRISTOPHORUS, sed qvod masculum trifolium, una cum SOPHIA mors acerba suggreduntariis intulit, prout paulo adultiorem CHRISTINAM in ipso limine domus & ipso Parentum conspectu missilis de sclopeto scelerati prætervehentis globus abstulit. Superant adhuc (qvod fiat quamdiutissimè!) JOHANNA BERNHARDI SCHARFENBERGII, Civis Eximii (ex qvæ nepotes neptemve vidiit MICHAELEM GEORGIUM, JOHANNAM JUSTINAM, BERNHARDUM JOHANNEM, DANIELEM JACOBUM) MATTHÆUS, Philos. & Theol. Studiosus in Acad. nunc Lipsiensi Præstantissimus. JACOBUS mercionis, qvorum nunc causa abest à funere Patris, ipsa indole destinatus. LUCAS, qvi in Reverendi Viti JOHAN- FRAN-

FRANCISCI CLAUSINGII, Pastoris Ecclesiae oppid. Gustrov,  
fidelissimi, ejusdemq; CAJÆ, sibi Materteræ CHRISTINÆ con-  
tubernio & sub utriusque oculo versatus, solus ex his, nunc ex-  
equiis interest desideratissimi Patris. Ita in scena 2. Genitorem No-  
ster egit, expertus tam numerosum in tertium usq; gradum sanguine-  
m. Fuit ille pietatis fructus, quem sic publice conciones audi-  
endo, sacra Ecclesiae frequentando, ardentissimè precando, ipsiq; do-  
mui, ut observent viam Domini, exemplo magni Abrahami, præ-  
cipiendo, probavit, ut examissum CHRISTIANI non cerussati  
mensuram impleverit, de cætero nec famæ negligens, nec gloriæ  
appetens, qvæ tamen fugientem fecitura, nec hic destitit, qvin  
Centum Virum, Aenriog, Civitatis Praefectum jam olim designavit, am-  
pliorem autem gradum tertiaz scenæ reservavit, quem annus clœ  
Icxlii. & sacer Curia MATTHIÆ dies NOSTRO patefecit.  
Exinde jam Senator & verè ἐυχήμων Βουλευτὴς, qvâ fide, quo stu-  
dio, sine ullo supercilio vel fastu hic militaverit, id vero post huma  
potius fama, qvam angusta hic charta loqui poterit. Prout au-  
tem summa laude in triplici hac scenâ decurrit: ita non nisi rever-  
enter & eleganter exactâ scenâ cortinam clausit. Prima illi die  
3. Augusti ex æde sacrâ ægrotanti domum reverso; Cura sacri via-  
tici, quo confirmaretur in novissimo quem præsentiebat agone.  
Cum hic officium præstisset Reverendus admodum Theologus,  
Collega Noster, DN. D. QVISTORPIUS, nec negligenter Consil-  
lium MEDICI Viri Experientissimi DN. D. J. BACMEISTERI  
habuit, cujus verbis cætera nunc designamus. Annus ferè est, cum  
primum Affinis meus honoratus simus Dn. Michael Lafrentius p. m. de diffi-  
cili respiratione, membrorum laßitudine, pedum intumescencia nec non appre-  
petitu planè prostrato conquereretur, quibus omnibus tunc temporis ita ap-  
propriatio obviandum fuit remedis, ut aliquas quasi à pertinacia horum  
symptomatum nos obtinuisse inducias videretur, cum verò ante aliquot se-  
ptimanias recidivam persenticeret, abdita scorbuti vis, quam febris conti-  
nua, vigilia, angina, exquisitissima aliag, symptomata indies augebant,  
Et nostram industriam & medicamentorum oblatorum præstantiam elusit,  
seniog, ac curis confectum corpus adeo debilitavit, ut tandem Divinâ sic  
disponente providentia, 21. Augusti oculos vitamq; placidè in Iesu Salvatore

G

sug claus-

*suo clauderet. Ita post novissimas benedictiones, & tristissimum  
VALE tuis dictum, optime Senex oculos in terris clausisti, quos al-  
tero momento in celo aperuisti Salve & plade æternum! Nulla  
dies memori te ævo eximet. Vos quod superest, CIVES, ite fre-  
quenter exequias Senatoris, Viri nostro ORDINI faventis olim, Senis mo-  
derati, prudentis, & quod caput est, candidi! PP. d. XXIX. Augusti  
Anno 1665. Sub Sigillo nostro. CONVENTUS IN TEM-  
PLO JACOBÆO ad horam medium 2.*

---

## Traur und Trostworte

Über den seeligen Abscheid

Des weyland Wohl-EhrenVesten/ GroßAchtbahnen  
und Wolweisen Herrn/

**Hn. Michael Laurenç/**  
alten Wolverdienten Rahfs verwand-  
ten wie auch Cammer Herrn alhie zu  
Rostock

Da der selbe den 28. Tag Augustmonahts des 1665.  
Jahrs bey Volkreicher Versamblung alhie  
zu S. Jacob beygesetzet ward.

Seinem Sel. Herrn Holpiti zu Ehren/ denen Hinterbliebenen  
betrübten Unverwandten sein Christliches und freundliches  
Mitleiden zubeweisen und dieselbe zu trösten  
Setzte dieses

Gottfried Niclaus Ittig, Lipsiensis.

**G** N dem ihr wehrter Herr/ anzo triumphiret  
Da euch der Engel Chor zum Sternen-Saal einführet/  
Sehn wir und sind betrübt da ihr doch seit ersfreu  
Wir rauszen unsre Haar/ und eure sind bestreut/  
Mit schöner Blumen Zier/ ihr seit ja schon umbgeben  
Mit weissen freuden Tuch/ und wir/ wir müssen leben/  
Mit schwarzer farb' umbhüllt/ ihr hört ein newes Lied  
Von freuden angefüllt/ und wir/ wir sind bemüht  
Das wir mit grossem Weh nur trügen traurig singen  
Ihr lachet fort und fort/ uns aber sieht man dringen  
Den nassen Thränen Bach die kalten Wangen ab  
In dem man euern Leib/ versenkt ins finstre Grab/  
Der euch gesangen hielet/ daß ihr nicht könnet fliehen  
Zum Himmels Bühnen zu/ wohin ihr mit Bemühen  
So lange Zeit verlangt/ so lange Zeit gerracht  
Und wir/ wir weinen noch/ daß ihr dahin gebracht  
Doch/ so beweinte auch Elisa den Thisbiten  
Mein Vater und mein Ich/ dir den Israeliten  
Für Pferd und Wagen war/ und da er solches sprach/  
So sahe er ihn doch zum Himmel fahren nach  
Auss Rädern/ die mit Feur und Flammen rund umbgeben  
Und die davor gespannt/ der Mahne sah man beden  
Als der die Titan stets vor seinen Wagen hat  
Wenn er mit ihnen bald dem kalten Meere naht  
Nun/ diesem sah er nach/ umsonst doch und vergebens  
Sein Vater war dahin/ die Freude seines Lebens  
Sein alles was er war/ sein Alles was er hatt  
Er blieb alleine nach von Sorgen müd und matt  
Doch hat der grosse GÖTTER/ der Vater aller Frommen  
Der seinen Waisen pflege zu hülffe stets zu kommen  
Denn Geist/ der seinen Geist zum östern hat ergeze  
Mit reichem Bucher ihm/ ja doppelt auch versete  
So wird euch GÖTTER auch thun/ ihc hochverübten Waisen  
Ihr Hausfrau ohne Mann/ ihr werdet auch noch preisen  
Des Himmels grosse Güth/ und seine treue That  
Wie er euch wunderlich so reich versorger hat.

Zwar

Wär ist es billig ja den Vater zu betrüben  
Die hätte um ihr Herrn Demonen harre Männer  
Die ihren Ehemahl ohn Thränen töne sehn  
Zur schwarzen Gruben hin mit bleich'm Tod abgeh'n  
Rechte thuer Justitia die Mutter aller Rechten  
In dem sie einen sieht von ihrn treusten Knechten  
Der ihe ja offiers hat den leuschen Schos erfüllt  
Da er die Schuld gestrafft/ so manchen Zorn gestillt/  
Dass sie verhüllt geht/ dass sie die schwarzen Säume  
Der Mantel nach sich schlepte/ die helle Augen Breune  
Um reht erblicken lässt. Wer wils verargen mir  
Wenn ich/ HERR/ euren Tod beweine für und für/  
Ihr wahret ja mein Schutz und Trost in meinem Leidet/  
Mein Vater und mein Ich/ auf dieser Rosen-Heide  
Mir was Bewunderung hab' offiers ich gehört  
Wie Ihr das alte thun der Deutschen stets geehrt  
Kein falsch/ kein' arge List/ kein hoffselbstes Schmeicheln  
Damit die neue Welt dem Nachsten pflegt zu heucheln  
Bewohnte eure Brust. Drum hat auch solche Frey  
Der Himmel euch belohnt im lichternen Gebäu  
Was weinen wir denn viel? was sind wir so berrüber?  
Misgönnen man dem wol den man so sehr geliebet  
Wisch' ab den Thränen. Tau von euren bleichen Mund  
Ihr kommtet auch dahin/ da/ wo Er ist zugund  
Denn wird Er euch mit Lust betränkt entgegen gehen.  
Da werdet ihr Ihn denn ja ewig wieder sehen  
Glück zu O wehrter Herr seyd tausendmahl gegrüßt  
O ewig gute Nacht/ seyd tausendmahl gefüsst.











Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777383268/phys\\_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777383268/phys_0020)



**FRANCISCI CLAUSINGII**, Pastor  
 fidelissimi, ejusdemq; CAJÆ, sibi Ma-  
 tubernio & sub utriusque oculo versat-  
 qviis interest desideratissimi Patris. Ita  
 ster egit, expertus tam numerosum in te-  
 nem. Fuit ille pietatis fructus, qvem si-  
 endo, sacra Ecclesiæ frequentando, arden-  
 tui, ut obseruent viam Domini, exem-  
 cipiendo, probavit, ut examissim CH.  
 mensuram impleverit, de cætero nec fa-  
 appetens, qvæ tamen fugientem secutus  
*Centum Virum, Aenariog, Civitatis Praefectum*  
 pliorem autem gradum tertiaz scenæ re-  
 lœcxlII. & sacer Curiæ MATTHIÆ di-  
 Exinde jam Senator & vere èvqzjūwv Bœ-  
 dio, sine ullo supercilio vel fastu hic mil-  
 potius fama, qvam angusta hic charta  
 tem summa laude in triplici hac scenâ d-  
 renter & eleganter exactâ scenâ cortina  
 g. Augusti ex æde lacrä ægrotanti domu-  
 tici, qvo confirmaretur in novissimo  
 Cum hic officium præstisset Reverendus  
 Collega Noster, DN. D. QVISTORPIU-  
 lum MEDICI Viri Experientissimi D.  
 habuit, cujus verbis cætera nunc designa-  
 primùm Affinis meus honoratissimus Dn. Mich-  
 li respiratione, membrorum laetitudine, pedum  
 titu planè prostrato conquereretur, quibus o-  
 propriatis obviam itum fuit remediis, ut aliqui  
 symptomatum nos obtinuisse inducas videre  
 ptimanas recidivam persenticeret, abdita sc-  
 tinua, vigilia, angina, exquisitissima aliag. s.  
 Et nostram industriam & medicamentorum o-  
 seniog. ac curis confectum corpus adeo debili-  
 disponente providentia, 21. Augusti oculos vita-

G



the scale towards document

pid. Gustroy.  
 STINÆ con-  
 is, nunc ex-  
 nitorem No-  
 dum sanguini-  
 ciones audi-  
 do, ipsiq; do-  
 rahami, præ-  
 on cerussati  
 , nec gloriæ  
 lestitit, qvin  
 signavit, am-  
 n annus cœ  
 O patefecit.  
 de, qvo stu-  
 ro posthuma  
 Prout au-  
 on nisi reve-  
 Prima illi die  
 ra sacri via-  
 ebatur agone.  
 Theologus,  
 enter Consi-  
 CMEISTERI  
 ferè est, cum  
 . m. de diffi-  
 nec non appe-  
 mporis ita ap-  
 nacia horum  
 ate aliquot se-  
 febris conti-  
 es angebant,  
 antiam elusit,  
 m Divinâ sic  
 esu Salvatore  
 suo claus-